Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-678318-p0001-0

Ung. VI 180

Occasionalia
politissimum carmina
vol. 20 ~~[illegible]~~
VI-180

VI-180.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-678318-p0002-6

SUMMOS
In
PHILOSOPHIA HONORES,
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
DOMINO
FRIDERICO
AUGUSTO,
PRINCIPE REGIO & ELECTOR. SAX
HEREDE &c. &c. &c.
à
DECANO Maxime Spectabili,
VIRO
Nobiliſſimo, Ampliſſimo atque Excellentiſſimo
DOMINO
JOH. GVIL. BERGERO,
Poëſ. Prof. Publ. longe celeberrimo,
VIRO-juveni,
Nobiliſſimo atque Clariſſimo
DN. FRIDERICO WILHELMO FISCHERO,
Totlebiâ-Thuringo,
in ipſis JUBILÆI Solennibus,
A. M. DCCII. d. XX. Octobr.
Wittenbergæ Saxonum
ritè collatos,
felices fautosque precantur
Patroni, Fautores & Amici.

Excudebat MARTINUS SCHULTZIUS, Acad. Typogr.

78

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-678318-p0003-2

PIſcator piſces avide ſcrutatur in undis,
Ex captis etenim commoda multa capit;
Sic pariſi ſtudio ſtudiis ſervire paraſti
Fiſchere, hinc merito præmia tanta manent.

Jo. Georg. Neumann, D.
h. t. Ac. Pro-Rector.

CUrſibus it lætis nunc bis centeſimus annus
Ex quo Leucoris hæc præmia larga dedit.
Nec Tibi vult meritam, Fiſchere, negare coronam,
Jubila quo capias cum Patria atque Patre.

Johannes Deutſchmann, D.

JNdem ein Lorbeer-Zweig mit Seinen Haar ſich miſchet/
So ſieht man/ daß Er hat den reinen Weißheits-Grund
Aus ſeiner Quell/ und Brunn durch Arbeit ausgefiſchet/
Weswegen auch ſein Lob erhebt der Fama Mund.

Chr. Röhrenſee/ P. P. und
der Chur-Sächßl. Alumn.
Inſpector.

QUæ Tibi Leucorides componunt Serta Magiſter,
Sunt ſtudiis artis præmia digna tuis.

F. G. Schroeer,
PP.

PIſcatorem ipſum, mihi iamdudum ante petitum,
Cepi: quapropter iubila laeta cano.

Cl. Dn. Magiſtro Seculari, recens creato, Amico,
et Fautori Coniunctiſſimo, honores
meritiſſimos l. m. que
gratulatur

Jo. Andreas Planerus, Mathem.
Infer. P.P. et Exdecanus.

Leu-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-678318-p0004-7

LEucorides Muſae plauſu dum gaudia tollunt,
TV virtute tua digna brabea capis.
Det DEVS, ut virides virtutis & artis honores,
Et patriae & Patri gaudia mille parent.

Ita recentibus honoribus Nobiliſſ. Dn. Fiſcheri applaudere voluit

M. Chriſtian. Michael Fiſchbeck.

QUæritur, ecquid ſint Doctores atque Magiſtri?
Sunt Piſcatores, qui capiunt homines
En Piſcatorem! qui re, qui nomine talis
En tibi! Fiſcherus jure Magiſter abit.
Gratulor: Utq; Dei verbum Sophiamq; docendo
Per multos captas, Dulcis Amice, precor.

Αὐτοσχεδιασμένοις *hiſce æſtumatiſſimo ſuo honores gratulaturus addere voluit debuit*

M. Johann Erdmann Biec/
SS. Theol. Cult.

CUm ſic ex merito laurus tua tempora cingit,
Gratulor ex animo dulcis amice tibi!
Perge ita, lætitiæ multum Patria inde Parensque
Percipient: Numen præmia multa dabit.

hæc ὁλοψύχως *optat*

Joh. Chriſt. Schweinfleiſch/
Tonna Thuring. SS. Th. Stud.

CUm, FISCHERE, tuo fert præmia digna labore
Cum reliquis dicens, VIVE MAGISTER, OVO.

Johann. Nicolaus Reiff/
Holtzſuſſa Thuring.

Vini-

VInitor exultat, quod Meſſis fertilis inſtat,
Et labor ipſius præmia larga capit.
Aſt huic eveniunt non talia gaudia ſoli,
Uvas nec ſolus falce ſecante metit
Eſt & FISCHERUS, qui jam ſibi demetit uvas.
Virtutis dulces, Meſſeque dives ovat.
Huic igitur merito grator de pectore toto,
Et precor, ut tandem ſvavia vina bibat.

Hæc in honorem clariſſimi Dni. Magiſtri
adjicere voluit debuitque

Gottfried Volckmar Reiff,

Phil. & SS. Theol. Stud.

SIc bene res geritur, Fautor, ſic itur ad aſtra,
Cum decorat Pallas, cum decorat ſtudium.

addere hoc voluit

Joh. A. May,

Niederdorl. Thur. SS. Th. Stud.

DEſerit haud quenquam, ſapientia diva; ſed almo
Semper cultores mactat honore ſuos.
Hinc nec Amice Tibi vult præmia digna negare,
Præmia, quæ toto gratulor ex animo.

hiſce
in numero applaudentium comparere
volebat amicus

Joh. Martinus Bellſtäd/

Mülverſtadio Thur. SS. Th. Stud.

CUm te haud pœnituit duros ſubjiſſe labores
Frater, erit merces non peritura tibi,
Et quoniam ſequeris veſtigia laude paterna,
Laus ſurgit ſtudiis, gloria ſurgit, honos.
Sic virtus alacrem te tandem evexit alumnum
Obtulit & meritis debita ſerta comis,
Quæ jam dum ſudor meruit tuus intime Frater
Gratulor hinc auſis proſpera quæque precans.

Sic Dilectiſſimo ſuo Fratri Germano de novis honoribus
gratulari voluit

Gottfried Chriſtian Fiſcher/

Totl. Thur.

Ung VI 180

VD 18

VD 17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-678318-p0007-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-678318-p0008-9

78

SUMMOS
In
PHILOSOPHIA HONORES,
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
D O M I N O
FRIDERICO
AUGUSTO,
PRINCIPE REGIO & ELEC
HEREDE &c. &c. &c.
à
DECANO Maxime Spectab
V I R O
Nobiliſſimo, Ampliſſimo atque Exc
D O M I N
JOH. GVIL. BERG
Poëſ. Prof. Publ. longe celebe
VIRO-juveni,
Nobiliſſimo atque Clariſſim
DN. FRIDERICO WIL
FISCHERO,
Totlebiâ-Thurin
in ipſis JUBILÆI Solennib
A. M. DCCII. d. XX. Octobr.
Wittenbergæ Saxonum
ritè collatos,
felices fautosque precantur
Patroni, Fautores & Amici.

Excudebat MARTINUS SCHULTZIUS, Acad. Typogr.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-678318-p0009-9